



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

II. De laude Dei in paupertate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

Vita ergo justorum Angelis
similis, vita carnalium bestis æ-
qualis, vita superborum dæmo-
nibus comparatur. Cave ferve
Dei, ne laqueis eorum involva-
ris, & in iudicio ab eis accuseris
& confundaris.

CAP. II. De laude Dei in pau-
pertate devotionis.

Pauper & inops laudabunt Psal. 47.
nomen tuum Domine.

Quando sentis te aridum, fri-
gidum, & tristem in orando, &
meditando bona de Deo, non
debes propterea desperare, nec
desistere Jesum humiliter invo-
care: sed in paupertate spiritus
tui Deum lauda & gratias age, &
istum versiculum pro consolatio-
ne libenter lege: *Pauper & in-
ops laudabunt nomen tuum
Domine.*

Quid fa-
ciendum
in aridi-
tate men-
tis.

Multi enim sancti & devoti
fuerunt etiam quandoque aridi,
& per longum tempus à Deo de-
relictī: ut discerent patientiam &
aliis compati, per doloris & in-
opiæ experientiam, & non præ-

fumerent nimis de seipsis, in tempore devotionis & jubilationis.

Psal. 69.

Lege etiam versum istum sequentem, cum Propheta in psalmo: *Ego autem mendicus sum & pauper, & Dominus sollicitus est mei.* In Domino confido, quia ipse virtus & salus mea. Verum est, nam omne bonum à Deo.

Gratia subtractionem ser æquanimitate.

2. Noli ergo præsumere cum lætus fueris, nec te dejicere tristitia gravatus; sed sicut Domino placuerit in oculis suis, sic esto contentus in omnibus. Nil enim boni habes à teipso, sed totum est à Deo.

Cum gratia devotionis datur, sol de cælo lucet, & anima illuminatur, & quasi in divitiis exultat. Sed miser deciperis, si præsumis & inflaris.

Cum verò occulte subtrahitur gratia, & ab ingrato tollitur, tunc vere pauper es & infirmus, & parum potes sustinere, & tædet orare.

Pro castigatione negligentia,

Sed hoc pro beneficio accipe, quod Deus te pauperem facit & humiliat cum electis suis; & percutit

cutit

cutit dorsum tuum filiorum vir- & infor-
 ga, pro excessibus tuis occultis & matione
 negligentis multis quotidianis; humili-
 ut tibi ipsi vilescas, & nunquam tatis.
 alte de te sapias; sicut consulit
 sanctus Paulus ad Romanos: *No-* Rom. 12
li, inquit, altum sapere, sed time.
 Magnum lucrum animæ, de se
 viliter sentire, & Deo omne bo-
 num funditus ascribere.

CAP. III. De probatione devo-
 torum per contraria.

Gaudete iusti in Domino. *Psal. 32*
 In caelo semper est gau-
 dium, in inferno semper est lu-
 ctus, in mundo utrumque ad
 tempus, ad probandum homines
 bonos et malos.

In æstate sunt dies clariores, *Æstas &*
 et in hyeme obscuriores; sic est *hyems*
 etiam cum anima devota. *animæ*
 Quando gratia Dei venit, et eam *quæ,*
 illuminat; tunc multa abscondita
 cognoscit et intelligit, cantat et
 jubilat cum magna devotione,
 quam sentit.

Sed in tempore tentationis,
 cum subtrahitur gratia devotio-